



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 104. Quam pœnam incurrat, qui contrahit sciens se habere
impedimentum dirimens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

cet im-
tur per
Matri-
ter im-
ita po-
nes Ju-
nonium
uendus,
tua fieri
tæ tan-
. d. 91.
d impo-
spectiva
nis cum
ia dubi-
iro diffi-
respecti-
er copu-
is etiam
ret reddi
d impo-
non fue-
d n. 98.
e judica-
ur esse de-
fine pec-
redirid
le initum
ia impo-
que pri-
dum, se-
r quidem
qua vi-
detur

detur contraria, sed vel supponitur, quod mulier illa respectu primi tantum mariti fuit ob aritudinem perpetuo impotens, vel dicendum, quod Ecclesia ex causis tum dispensarit in Matrimonio rato, secundum dicta à n. 414.

Q. 104. Quan pœnam incurrat, qui contrahit sciens 807.

se habere impedimentum dirimens. *R. §. 1. De hoc ita statuitur Clement. unica De consanguin. Eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum Monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non Religiosos & Moniales & Clericos in sacris Ordinibus constitutos Matrimonia contrahentes. excommunicatis sententiae ipso facto decernimus subjacere.* Et præcipitur locorum Ordinariis, ut tales denuncient, & donec satisfecerint, vitari curent. Ea tamen pœna, cum sit odiosa, non extenditur ad alia impedimenta præter expressa, uti cum aliis notant Pont. Spor. Averf. q. 7. l. 5. Krim. n. 1239. & 138. incurrit autem pœna, quamvis Matrimonium non consummetur.

§. 2. Qui sic contraxit bonâ fide, sed re co- 808.
gnitâ manet in incestuoso vel sacrilego usu talis Matrimonii, non incurrit eam pœnam, quia imponitur contrahenti, & extendenda non est, Krim. n. 1241.

D U B I U M III.

809.

*Quomodo Matrimonium invalidum sit revali-
dandum.*

*R. Esp. I. Si fuit invalidum propter conser-
sum fictum, vel metu extortum, sive ex una-
five ex utraque parte, potest revalidari per
quocunque signum veri & novi consensus;
quia si altera tantum pars fictè contraxit, con-*

LI 3

sen-